



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R.P. Leonardi Lessii E Societate Iesv Theologi. In D.
Thomam De Beatitudine. De Actibus HUMANIS. De
Incarnatione Verbi. De Sacramentis Et Censuris.
Prælectiones Theologicae Posthumæ**

Lessius, Leonardus

Lovanii, 1645

Dvb. 1. Vtru[m] Anima Christi per hanc scientiam infusam cognouerit res omnes naturales, corporales scilicet, & spirituales, quas Angeli per suam scientiam naturalem cognoscunt.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72898](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72898)

In causis naturalibus non latent infinita species substantiarum.

Latent in eis infinita individua, que tamen nequeunt distincte in eis cognosci.

Prior pars Probatur, Quia in Verbo cognoscit omnia quæ sunt in potentia creaturæ: atqui hæc sunt infinita: ergo cognoscit infinita in potentia. Sed aduerte, hanc rationem non videri omnino firmam. Primò, Quia credibile est virtute causarum naturalium, non posse fieri infinitas species substantiarum: feminum enim diuersitas finita est. Quæ verò ex putri materia gignuntur, etiam finita esse videntur. Neque videntur hæc infinitis modis posse misceri; quia ferè omnibus sæculis eadem proueniunt, & pauca noua emergunt. Deinde; Quia alioquin Angeli naturaliter infinita actu cognoscerent; nam comprehendunt virtutem cælorum & elementorum. Individua quidem quæ in potentia creaturæ continentur, infinita sunt; sed non ex eo, quod vis creaturæ comprehenditur, etiam omnia, quæ ab illâ produci possunt, distincte cognoscuntur; alioqui Angeli etiam naturaliter cognoscerent infinitum. Ratio est; Quia indiuiduatio pendet etiam ab influxu diuino; & fortè à determinatione diuinæ voluntatis. Ideo enim agente igne, hic potius ignis, quàm ille emicat; quia præter causas & circumstantias creatas, quæ ad indiuiduationem, vel directè vel occasionaliter concurrunt, etiam Deus tali influxu concurrat; & fortassis decernit sua voluntate, vt hoc potius, quàm illud indiuiduum fiat.

12. Secunda pars Probatur: Numerus omnium substantiarum, quæ vmquam futuræ sunt, est finitus; nam ortus & interitus finem capient: ergo Christi Anima non cognoscit in Verbo infinitas substantias actu existentes. Hinc sequitur iuxta

D. Thomam Christi Animam simplici intelligenti, quæ est possibilium, cognoscere infinitas substantias, non tamen scientiâ visionis. Fortè tamen non vult illas infinitas substantias omnino distinctè cognosci, sed confusè; pro vt fas est creaturæ. Sicut quando cognoscitur vniuersale, cognoscuntur quodammodo infinita: vt insinuat ad 2.

Explicatur D. Thomas de cognitione scientiæ infusæ.

ARTICVLVS IV.

Vtrum Anima Christi clariùs videat diuinam essentiam, quàm alia quauis creatura?

13. Respondetur affirmatiuè. Ratio est, Quia est coniuncta Verbo hypostaticè: ergo oportet vt clariùs cernat ipsum Verbum, quàm quauis alia creatura, non tam arcè coniuncta. Notandum est, Sicut gratia habitualis Animæ Christi, est summa secundum potentiam ordinariam, vt supra dictum est; ita & lumen beatificum, & visio beatifica est summa secundum eandem potentiam. At iuxta potentiam absolutam potest dari perfectius lumen, & perfectior visio; nam hæc, sine termino possunt augeri. Vnde fallitur Caietanus, dum existimat visionem beatificam Animæ Christi esse summam, iuxta potentiam absolutam. Vtrum autem Angelus cum eodem lumine perfectius esset visurus Deum, quàm Anima Christi, non est huius loci.

Q V Æ S T I O X I.

De Scientia per se infusa Animæ Christi.

In Sex Articulos diuisa.

ARTICVLVS I.

Vtrum per Scientiam infusam Christus omnia nouerit?

1. Respondetur affirmatiuè: Christus omnia naturalia & supernaturalia cognouit per scientiam infusam; exceptâ tamen essentia diuinâ.

DVBIVM I.

Vtrum Anima Christi per hanc Scientiam infusam cognouerit res omnes naturales; corporales scilicet & spirituales, quas Angeli per suam scientiam naturalem cognoscunt?

2. Affirmatur de rebus omnibus naturalibus.

2. Respondeo; Illam has omnes cognouisse, & quidem perfectius quàm Angeli cognoscunt. Ita D. Thomas hoc loco, & passim Doctores huius ætatis: & Marsilius in 3. Sentent. quest. 10. art. 2.

Probatur Primò, Quia si per solam naturalem scientiam Anima Christi ista cognouisset, longè

fuisset superata ab Angelis in cognitione rerum in proprio genere, siue extra Verbum: nam Angelorum cognitio naturalis erat longè perfectior, quàm cognitio naturalis Animæ Christi; vt suppono tamquam certum: atqui id minimè erat conueniens: quin potius sicuti cognoscebat eas in Verbo per cognitionem matutinam perfectius quàm Angeli; sic omnino erat consentaneum, vt etiam cognosceret eas in proprio genere per cognitionem vespertinam perfectius quàm Angeli.

Probatur Secundò, Hęc cognitio infusa rerum naturalium facile dari poterat illi animæ, & quidem in ea perfectione, vt superaret cognitionem Angelicam, idque illi quodammodo erat debitum: ergo re ipsa erat collatum. Confirmatur; Sicut enim voluntati datur virtutes supernaturales respectu eorundem obiectorum, ad quæ disponitur virtutibus naturalibus; ita intellectui potest conferri lumen supernaturale euident, ad eadem obiecta cognoscenda, quæ naturali lumine cognoscuntur. Nam idem obiectum materiale, respectu diuersi luminis, subit diuersam rationem formalem: vt patet in obiecto sensus & intellectus; in obiecto intellectus humani & Angelici. Pari modo in obiecto luminis naturalis & supernaturalis.

Ex his

Singularia existens cognovit intuitu.

Ex his sequitur, Christi Animam per hanc scientiam intuitu posse cognoscere queis singularia actu existentia: omnesque eorum actiones internas & externas naturales, siue ad hoc necessariae sint species, siue non, vt recte hic docet D. Thomas. Ratio est; Tum, quia Angeli possunt hanc intuitu cognoscere, exceptis cordium cogitationibus: tum, quia haec cognitio est necessaria ad perfectam prudentiam & providentiam, quae versatur circa singulari. Atqui in Christo est prudentia & providentia vniuersalis circa res omnes quae sunt in mundo; omnia enim sunt ipsi subiecta. Psal. 8. & Matth. ultimo. Et ipse est omnium iudex.

gnosci non poterit, nisi simul cognita diuina essentia; quia immediatè ad eam tamquam presentem terminatur. Respondeo, Illam visionem, etsi habeat essentialem respectum ad diuinam essentiam, tamquam ad obiectum praesens; tamen quia est res omnino distincta ab illa, & in sua specie finita, potest in se videri, non visà essentia. Nec eius habitudo ad obiectum, ita pendet in cognitione ab obiecto, vt non possit sine obiecto viso videri; sufficit enim obiectum, in ea, tamquam in quadam sui imagine abstractiuè cognosci. Quod confirmatur; Quia Angelus potest videre visionè oculi mei, non viso eius obiecto. Similiter actus fidei & charitatis videri possunt non visis obiectis, sed solum abstractiuè cognitis.

2. Obiecto soluitur.

Idem dic de visione beatifica.

DVBIVM II.

Utrum Christi Anima per hanc Scientiam cognoscat res supernaturales?

4. Cognovit supernaturalia.

Respondeo; Cognoscere clarè & intuituè omnes res supernaturales; siue substantia, siue modo solum tales sint: Excipio tamen diuinam essentiam. Itaque videt omnia dona supernaturalia infusa, eorumque actus &c. Colligitur hoc ex D. Thom. & est communis DD. huius aetatis.

Probatur; Nam haec cognitio est possibilis extra Verbum; estque valde consentanea, & quodammodo necessaria Christo: ergo hanc habet. Quod sit possibilis patet; quia haec res omnes sunt creatae & finitae: ergo possunt per proprias species representari, vel per se ipsas immediatè (cum sint spirituales, instar specierum intelligibilium) cum intellectu concurrere. Vnde ex parte obiecti non est difficultas. Sed neque ex parte potentiae: quia facile est Deo dare lumen creatum eiusdem ordinis, quo res istae videantur. Quod autem sit Christo debita, patet; quia ipse nobis omnium bonorum supernaturalium est auctor: Est enim *Auctor fidei & consummator*, ad Hebr. 12. v. 2: ergo non potest hanc dona ignorare.

5. Obiecto soluitur.

Sed contra Obijcitur Primò, Gratia est participatio diuinæ naturæ: ergo non potest secundum essentiam cognosci, nisi cognita diuinæ naturæ, quæ solâ visione beatificâ cognoscitur: ergo nec gratia sine hac cognosci potest.

Cognita clarè gratia non necessario clarè cognoscitur diuina essentia.

Respondeo; Sufficit diuinam naturam cognosci confuso quodam modo, & cognitione abstractiuâ, vt clarè cognoscatur gratia. Ratio est; Quia gratia non habet ordinem ad diuinam naturam, vt ad causam intrinsecam; sed solum tamquam ad causam efficientem & exemplarem, quæ sit quodammodo eiusdem ordinis; cum qua, ipsa gratia magnam conuenientiam habeat. Talis autem participationis cognitio non pendet à cognitione formæ seu exemplaris, cuius est participatio: vt patet in lumine aëris, quod hoc modo est participatio lucis solaris; potest tamen secundum essentiam cognosci, etsi non cognoscatur clarè essentia lucis solaris. Idem dicendum de participatione reliquarum perfectionum diuinarum, Intellectus, Voluntatis, Sapientiae, Charitatis, Iustitiae &c. Et Confirmatur; Quia ad cognitionem imaginis, non est necessaria clara cognitio exemplaris; imago enim ducit in cognitionem exemplaris, non autem pendet ex illo eius cognitio.

Obijcitur Secundò, Saltem visio beatifica co-

gnoscitur non poterit, nisi simul cognita diuinâ essentia; quia immediatè ad eam tamquam presentem terminatur. Respondeo, Illam visionem, etsi habeat essentialem respectum ad diuinam essentiam, tamquam ad obiectum praesens; tamen quia est res omnino distincta ab illa, & in sua specie finita, potest in se videri, non visà essentia. Nec eius habitudo ad obiectum, ita pendet in cognitione ab obiecto, vt non possit sine obiecto viso videri; sufficit enim obiectum, in ea, tamquam in quadam sui imagine abstractiuè cognosci. Quod confirmatur; Quia Angelus potest videre visionè oculi mei, non viso eius obiecto. Similiter actus fidei & charitatis videri possunt non visis obiectis, sed solum abstractiuè cognitis.

7. Tripliciter beati videt suam beatificam visionem.

Vnde aduertendum est, Quomodo Beatum tripliciter videre suam visionem beatificam. Primò, Ipsâ visione beatificâ, in Verbo, vt in causa. Secundò, Visione eadem, quatenus ipsa concomitanter est visio sui, seipsam menti manifestans: nam omnis actus intellectus perfectus, seipsum manifestat; eò quod implicite super se reflectatur. Sicut enim amans, eodem amore amat Deum, & vult amare, ita videns, eodem actu videt Deum, & videt se videre. Tertio, Potest eandem visionem videre actu distincto, per lumen scientiae infusa. Nec opus est specie intelligibili: nam visio ipsa beatifica est obiectum intelligibile intemè praesens; ac proinde per se cum intellectu valens cooperari. At visionem beatificam quæ est in altero, potest videre dupliciter: Primò, In Verbo. Secundò, In sua natura per scientiam infusam.

8. Nec visio beatifica neque visio hypostatice comprehendi possunt non visâ essentia.

Adde tamen hanc visionem non posse comprehensiuè cognosci, nisi visâ essentia. Quia habet perfectissimam & immediatam habitudinem ad diuinam essentiam, tamquam ad suum terminum; quæ habitudo, eò perfectius cognoscitur, quò perfectius cognoscitur eius essentia, vt est eius terminus. Idem ferè dicendum videtur de vnione hypostatice, qua parte est quiddam creatum in naturâ humanâ; non enim sine Verbi visione potest comprehendi: eius tamen natura & ratio utcumque videtur cognosci posse per scientiam infusam; quia est quid creatum, & in se finitum: Sicut color, & eius inexistencia in lapide pretioso, clarè cognosci potest, non cognita clarè naturâ subiecti. Nec obstat quod hæc vnio non possit comprehendi etiam visione beatificâ: quia hoc intelligendum, quatenus includit vnionem, quæ est ex parte Verbi, quæ comprehensiuè cognosci non potest; cum à Verbo reipsâ non distinguitur.

DVBIVM III.

Utrum Anima Christi per Scientiam infusam cognouerit cordium cogitationes?

9. Cognovit cordium cogitationes.

Respondeo; Cognouisse clarè & intuituè omnes cordium cogitationes, & omnes actus liberos internos & externos creaturarum, dum actu fierent. Est communis sententia Doctorum dist. 14. & D. Thomæ hic.

Probatur; Quia hæc cognitio non est valde difficilis: nam ad cognoscendos actus liberos, & mentis arcana, non requiritur maius lumen aut perfectio ex parte potentiae, quàm ad cognoscendum com-

G g iij . dum com-